


11/100

M. T. C. CATO MAIOR, VEL DE SENE/ ctute ad Titum Pomponiũ Atticum. pulchre admodũ, atq; emendate impressus.

M.T.C. CATO MAIOR, VEL DE SENECTUTE AD TITUM POMPONIUM ATTICUM. PRAEFATIO.

O TITE, SI QUID EGO ADIUTO, curamue leuasso. Quæ te nunc coquit, & uersat sub pectore fixa, Et qua deprimeris ecquid erit precii? Licet enim uersibus iisdē mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminiū ille uir haud magna cū re sed fide plenus, quanq̄ certe scio nō ut Flaminiū sollicitari te Attice, sic noctesq; diesq;. Noui enī moderationē animi tui & æquitatē. Teq; nō cognomē solū Athenis deportasse, sed humanitatē & prudentiā intelligo. Et tamē suspicor iisdem rebus te, quibus me ipsum interdū grauius cōmoueri, quarū cōsolatio & maior est, & in aliud tempus differēda. Nunc aūt mihi uisum est de senectute aliquid ad te scribere, hoc enī onere, quod mihi tecū cōmune est, aut iam urgētis aut certe aduentantis senectutis, & te & me ipsum leuari uolo. Et si te id modeste ac sapiēter, sicut omnia, & ferre & laturum esse certe scio, sed mihi cū de senectute aliquid uellem scribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo uterq; nostrū cōmuniter uteretur. Mihi quidem ita iucūda huius libri confectio fuit, ut nō modo omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollē etiā & iucundā senectutē. Nunq̄ igitur satis laudari digne poterit philosophia, cui qui pareat omne tempus ætatis sine molestia possit degere. Sed de cæteris, & diximus multa & sæpe dicemus. Hunc uero librū de senectute ad te emisimus, omnē autē sermonē tribuimus nō Titono, ut Aristochius, ne parū esset autori-

tatis in fabula,sed.M.Catoni seni, quo maiorē autoritatē
haberet oratio, apud quē Læliũ & Scipionē fecimus ad/
mirãtes,quod is tam facile senectutē ferret, iisq; eũ respõ/
dentē. Qui si eruditius uidebit̃ disputare q̃ cõsueuit ipse in
suis libris,attribuito Græcis litteris,quarũ cõstat eũ fuisse
pstudiosum in senectute. Sed qd opus est plura? Iã.n.ipsi/
us Catonis sermo explicabit nostrã oẽm de senectute sen/
tentiã.

Dialogus.P.Scipio.C.Lælius,& Cato ĩterlocutores.

SAepenumero mirari soleo,cũ hoc.C.Lælio
tum cæterarũ rerũ tuã excellentē.M.Cato
perfectãq; sapientiã, tum uel maxime q; se/
nectutē tuã nunq̃ tibi grauē esse senserim.
Quæ plerisq; senibus,sic odiosa est,ut onus se ætna graui/
us dicant sustinere. CATO. Rem/haud sane Scipio &
Læli difficilē admirari uidemini, quibus enĩ nihil opis est
in ipsis ad bene beateq; uiuendũ,iis omnis grauis est ætas.
Qui aũt oĩa bona a seipsis petũt, iis nihil potest malũ ui/
deri,quod naturæ necessitas afferat. Quo in genere in pri/
mis est senectus, quã ut adipiscãtur oẽs optãt, eandē ac/
cusant adeptã/tãta est incõstantia,stulticia, atq; puersitas.
Obrepere aiũt eam citius,q̃ putassent, primũ quis coegit
eos falsum putare? Qui enĩ scitius adolescentiæ senectus, q̃
pueritiæ adolescẽtia obrepit? Deinde qui minus grauis es/
set,his senectus,si octingentesimũ annũ agerẽt, q̃ si octo/
gesimũ. Præterita.n.ætas quãuis lõga,cũ effluxisset, nul/
la cõsolatione pmulcere posset stultã senectutē, quo circa
si sapientiã meam admirari soletis, quæ utinã digna esset

opinione uestra, nostroq; cognomine, in hoc sumus sapiē/tes, q natură optimā ducē tanquā deū sequimur, eiq; pa/remus, a qua nō uerisimile est, cū cætere partes ætatis bene descriptæ sint, extremū actum, tanquā ab inerti poeta esse neglectū. Sed tamen necesse fuit esse aliquod extremū, & tanquā in arbor bacis, terræq; frugibus, maturitate tēpe/stiua, quasi uietū & caducū, quod ferendū est molliter sa/pienti. Quid enī est aliud gigantū modo bellare cum Diis, nisi naturæ repugnare? LAELI. Atqui Cato gratissimū nobis, ut etiā pro Scipione pollicear, feceris si quoniā uo/lumus, & speramus quidē senes fieri, ante multo a te didi/cerimus, quibus facillime ratiōibus ingrauescentē ætatem possimus ferre. CATO. Faciā Læli, præsertim si utriq; uestrū gratū, ut dicis futurū est. LAELI. Volumus sane nisi molestū est Cato, tanq aliquā uiā longā cōfeceris qua nobis quoq; ingrediendū sit, istuc quo peruenisti, uidere qua/le sit. CATO. Faciam ut potero, Læli. Sæpe.n. interfui querelis meor æqualiū, pares autē cū paribus ueteri pro/uerbio facillime, cōgregantur, quæ. C. Salinator quæ Sp. Albinus, homines cōsulares nostri fere æquales deplorare solebāt. Tū q uoluptatibus carerēt, sine qbus uitā nullā putarēt. Tum q spernerent ab iis a qbus essent coli soliti. Qui mihi nō uidebant accusare, id quod esset accusandū. Nā si id culpa senectutis accideret, eadē mihi usu euenirēt reliquisq; oībus maiorib9 natu, quor ego multor cogno/ui senectutē sine querela, q se libidinū uinculis laxatos esse nō moleste ferrēt. Nec a suis despicerent, sed oīm istiusmo/di querelar in moribus est culpa, non in ætate. Moderati enī & nō difficiles senes, nec īhumani tolerabilē agūt sene/

ctutem. Importunitas aūt & ihumanitas omni ætati mo/lesta est. LAELIVS. Est ut dicis Cato. Sed fortasse dixerit quispiā tibi, ꝓpter opes, & copias, & dignitatē tuā tolerabilem senectutē uideri. Id autē nō posse multis cōtingere. CATO. Est istud quidē Læli aliquid, sed nequaq̄ in isto sunt oīa. ut Themistoclem ferūt Seriphio cuidam in iurgio respōdisse, cū ille dixisset, nō eū sua sed patriæ gloria splendorē assequutū. Non Hercle inquit si ego Seriphius, essem nobilis, nec si tu Atheniēsis esses, clarus unquā fuisses. Quod eodem modo de senectute potest dici. Nec eni in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapi pienti quidē, nec insipiēti in summa copia nō grauis. Aptissima omnino sunt Scipio & Læli arma senectutis, artes exercitationesq; uirtutū, quæ in omni ætate cultæ, cū multum diuq; uixeris, mirificos afferūt fructus, nō solum quia nunquā deserunt, ne in extremo quidem tempore ætatis, quanq̄ id maximū est, uerum etiam quia conscientia bene actæ uitæ, multorūq; benefactoꝝ recordatio, iucūdissima est. Ego quidem. Q. Maximū, eum qui Tarētum recepit, adolescēs ita dilexi senem, ut æqualē. Erat enim in illo uiro comitate grauitas cōdita, nec senectus mores mutauerat. Quanquā eum colere cœpi nō admodū grādem natu, sed tamē iam ætate prouectū. Anno enim postq̄ primū cōsul fuerat, ego natus sum. Cumq; eo quarto cōsule, adolescē/tulus miles profectus sum ad Capuā, quintoq; anno post ad Tarētum quæstor. deide edilis, quadriēnio post factus sum prætor, quem magistratū gessi cōsulibus, Tuditano & Cethego, tum quidem ille admodū senex suasor legis Cintiæ, de donis & muneribus fuit. Hic & bella gerebat

ut adoleſcétulus, cum plane grandis eſset, & Annibalem iuueniliter exultãtem, paciẽtia ſua molliebat, de quo præclare familiaris noſter Ennius. Vnus homo nobis contando reſtituit rem. Nõ ponebat enī rumores ante ſalutem. Ergo poſtq; magiſq; uiri nũc gloria claret. Tarentũ uero qua uigilãtia, quo cõſilio recepit? Cum quidẽ me audiente Salinatori qui amiſso oppido fugerat in arcem glorianti, atq; ita dicenti, Mea opera. Q. Fabi Tarentum recepiſti. Certe inquit ridẽs, nam niſi tu amiſiſses, nunq̃ recepiſsem. Nec uero in armis præſtãtior, q̃ in toga, qui conſul iterum Sp. Caruillio collega quieſcẽte. C. Flaminio tribuno plebis quoad potuit, reſtitit, agrũ Picenũ & Gallicũ uiritim contra ſenatus autoritatẽ diuidẽti. Augurq; cum eſset dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro Reipu. ſalute fierẽt, quæ cõtra Rempu. ferrẽtur, contra auſpicia ferri. Multa præclara in eo uiro cognoui, ſed nihil eſt admirabilius, q̃ quomõ ille mortẽ Marci filii tulit, clari uiri & cõſularis. Eſt in manibus uiri laudatio, quã cũ legimus, quẽ philoſophũ nõ contẽnimus? Nec uero in lucẽ modo, atq; in oculis ciuiũ magnus, ſed intus domiq; præſtãtior. Qui ſermo? Quæ præcepta? Quãta noticia antiquitatis? Quæ ſciẽtia iuris augurãdi. Multæ etiã ut in homine Romano litteræ omnia memoria tenebat, nõ domeſtica ſolũ, ſed etiã externa bella. Cuius ſermone ita cupide fruebar, quaſi iam diuiuarẽ id quod euenit, illo extincto, fore unde diſcerẽ neminẽ. Quorſum igitur tam multa de Maximo? quia pfecto uidetis nefas eſse dictu, miſerã fuiſse talem ſenectutẽ. Nec tamẽ omnes poſsũt eſse Scipiones aut Maximi, ut urbiũ expugnatiões, ut pedeſtres, nauales ue pug-

nas, ut bella a se gesta triũphosq; recordẽtur. Est eni quie/ te & puræ, & eleganter actæ ætatis, placida ac leuis sene/ ctus, qualẽ accœpimus Platonis, qui uno & octogesimo anno scribẽs, mortuus est. Qualẽ Isocratis, qui eum librũ qui Panathenaicus inscribit, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur. uixitq; quinquenniũ postea. Cuius Ma/ gister Leontinus Gorgias centũ & septem cõpleuit annos Neq; unquã in suo studio atq; opere cessauit. Qui cum ex eo quæreretur. cur tam diu uellet esse in uita, nihil habeo inquit q incusem senectutẽ. Præclarũ respõsum, & docto hoie dignũ. Sua. n. uitia insipiẽtes, & suã culpã i senectutẽ conferũt, qđ nõ faciebat is, cuius mentionẽ mõ feci Ennius Sicut fortis equus, spacio q sæpe supremo uicit Olimpia, nũc senio cõfectus qescit. Equi fortis & uictoris senectuti cõparat suã, quẽ quidẽ pbe meminisse potestis. Anno. n. undeuigesimo post ei9 mortẽ, ii cõsules. T. Fla. & M. At/ tili9 facti sunt, ille aũt Scipiõe & Philippo iterũ cõsul. mor tuus est. Cũ ego quidẽ. v. & . lx. annos nat9 legẽ Voconiã uoce magna & bonis lateribus suasissẽ, annos. lxx. natus, tot. n. uixit Ennius, ita ferebat duo, quæ maxima putãtur onera, pauptatẽ & senectutẽ, ut eis pene delectari uideret. Et. n. cũ cõplector aio, q̃ttuor causas reperio, cur senectus misera uideatur, unam q auocet a rebus gerẽdis, alterã q corpus facit infirmũ, tertiã q priuet oibus fere uoluptati/ bus, quartã q procul haud absit a morte. Earũ si placet causarũ quantũ quæq; ualeat, quantũq; iusta sit una quæ/ q; uideam9. A rebus gerẽdis senectus abstrahit? Quibus? an iis quæ gerũtur iuuentute & uiribus? Nullæ ne igit res seniles sunt, quæ uel infirmis corporibus, animo tamen

administrent? Nihil igitur agebat. Q. Maximus nihil. L. Paulus pater tuus. Scipio socer optimi uiri filii mei, & cæteri senes? Fabricii. Curii. Curũtanii, cũ Rēp. cõsilio & autoritate defendebãt, nihil agebant. ad Appii Claudii senectutẽ accidit etiã ut cæcus esset, tamẽ is cũ sententia senatus inclinaret ad pacẽ & fœdus faciendũ cum Pyrrho, nõ dubitauit dicere illa quæ uersibus persecutus est Ennius. Quo uobis mẽtes rectæ quæ stare solebant Ante hac, dementi sese flexere ruina? cæteraq; grauissime, notũ uobis. n. carmẽ est, & tamẽ ipsius Appii extat oratio, atq; hãc ille egit septẽ & decẽ annos post alterũ consulatũ cũ inter duos cõsulatus anni. x. interfuissent, censorq; ante consulatũ superiorẽ fuisset. Ex quo intelligit Pyrrhi bello grãde sane fuisse, & tamẽ sic a patribus accepimus. Nihil igit afferũt, qui in re gerẽda uersari senectutẽ negãt, similesq; sunt, ut si qui gubernatorẽ in nauigãdo agere nihil dicãt, cum alii malos scandãt, alii p fores cursent, alii sentinã exhauriant, ille autẽ clauũ tenẽs sedeat in puppi quietus, nõ faciat ea quæ iuuenes, at uero multo maiora & meliora facit. Non enim uiribus, aut uelocitatibus, aut celeritate corporũ res magnæ gerunt, sed cõsilio & autoritate & sentẽtia, quibus nõ modo nõ orbari, sed etiã augeri senectus solet, nisi forte ego uobis, q & miles, & tribunus, & legatus, & cõsul uersatus sum in uario genere bellorum. cessare nũc uideor, cum bella nõ gero. At senatui quæ sunt gerenda, præscribo, & quomodo Carthagini male iam diu cogitãti bellũ inferatur, multo ante denuntio, de qua nõ ante uereri desinã, quã illam excisam esse cognouero. Quã palmã utinã immortales Dii tibi Scipio reseruent, ut aui reliquias persequare.

Cuius a morte hic tertius & trigesimus est annus. Sed memoriam illius uiri utinã excipiãt omnes anni consequẽtes. Anno ante me censorẽ mortuus est, nouẽ annis post meũ consulatũ, cum cõsul iterũ me consule creatus esset. Num igitur si ad centesimũ annũ uixisset, senectutis eũ suæ poeniteret? Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladiis uteretur, sed cõsilio, ratione, sentẽtia. Quæ nisi essent in senibus, nõ summũ consiliũ maiores nostri appellassent senatũ. Apud Lacedæmonios quidẽ ii, qui amplissimũ magistratũ gerunt, ut sunt, sic etiã appellantur senes, ꝗ si legere & audire uoletis externa, maximas Respu. per adolescẽtulos labefactatas, a senibus sustentatas reperietis. Cedo qui uestrã Remp. tantã amisistis tam cito? Sic. n. percontãtur ut est in Ennii poetæ libro, respõdentur & alia, & hæc in primis, ꝓueniebant oratores noui stulti adolescẽtuli. Temeritas est uidelicet florescẽtis ætatis. prudẽtia senectutis. LAELIVS. At memoria minuitur. CATO. Credo, nisi exerceas eã, aut etiã si sis natura tardior. Themistocles oĩum ciuiũ noĩa perceperat. Num igitur cẽsetis eũ, cum ætate ꝓcessisset, qui Aristides esset, Lysimachũ salutare solitũ? Equidẽ nõ modo eos noui qui sunt, sed eoꝝ patres etiã & auos. nec sepulchra legẽs uereor, quod aiunt, ne perdã memoriã, his eni ipsis legẽdis, redeo in memoriã mortuoꝝ. Nec uero quẽquã senũ audiui oblitũ, quo loco thesaurũ obruisset, oĩa quæ curãt, meminerunt. uadimonia cõstituta, qui sibi, quibus ipsi debeant. Quid iuriscõsulti? Quid põtifices? Quid augures? Quid philosophi senes, ꝗ̃ multa meminerũt? Manẽt ingenia senibus modo ꝑmaneat studiũ & industria. nec ea solum in

claris & honoratis uiris, sed in uita etiã priuata & quieta. Sophocles ad summã senectutẽ tragœdias fecit, qui ꝓpter studiũ, cũ rem familiarẽ negligere uideret̃, a filiis in iudiciũ uocatus est, ut quẽadmodũ nostro more, male rem gerẽtibus patribus bonis interdici solet. Sic illũ quasi desipientẽ a re familiari remouerẽt iudices. Tum senex dicit̃ eã fabulã quã in manibus habebat, & ꝓxime scripserat Oedipum coloneũ recitasse iudicibus, quesisseq; num illud carmen desipiẽtis uideret̃, quo recitato, sentẽtiis iudicũ est liberatus Num igit̃ hũc, num Hesiodũ, nũ Simonidẽ, nũ Stesichoꝝ nũ quos ante dixi, Isocratẽ. Gorgiã, num Homeꝝ, nũ philosophoꝝ principes Pythagorã, Democritũ, num Platonem, nũ Socratẽ, num postea Zenonem. Cleantẽ, aut eũ quẽ uos etiã Romæ uidistis Diogenẽ stoicũ, coegit in suis studiis obmutescere senectus? An nõ in oibus his studioꝝ agitatio uitæ eq̃lis fuit. Age ista diuina studia omittamus. Possũ noiare ex agro Sabino rusticos, uicinos & familiares meos, quibus absentibus, nunq̃ fere ulla in agro maiora opera fiunt, nõ serendis, nõ percipiẽdis fructibus, nõ condendis, quanq̃ in illis hoc minus mirũ. Nemo. n. est tã senex, qui se annũ nõ putet posse uiuere. Sed iidem laborãt in eis, quæ sciunt nihil ad se oino ptinere. Serũt arbores, quæ alteri sæculo ꝓsint, ut ait Stacius noster in Synephebis. Nec uero dubitat agricola q̃uis senex, quærẽti cui serat respõdere, Diis imortalibus, q me nõ accipere tantũmodo a maioribus uoluerũt, sed etiã posteris tradere. Melius Cecilius de sene alteri sæculo ꝓspiciente, q̃ illud idẽ. LAELIVS. Edepol senectus, si nihil quicq̃ aliud uitii apportet secũ, cum aduenerit. Vnũ id satis est, ꝙ diu uiuẽdo, multa

quæ nõ uult, uidet. CATO. Et multa fortasse quæ uult, atq; ea quidẽ quæ nõ uult, sæpe etiã adolescentia incurrit. Illud uero idẽ Cecilius uiciosus. LAELIVS. Tum etiã in senecta hoc reputo miserrimũ, sentire ea ætate esse odio/sum se alteri. CATO. Iucundũ potius q̃ odiosum. ut eni adolescẽtibus bona indole præditis sapiẽtes senes delectã/tur, leniorq; fit eorũ senectus, qui a iuuẽtute colũtur & di/ligunt. Sic adolescẽtes senũ præceptis gaudẽt, quibus ad uirtutũ studia ducunt. Nec minus intelligo me uobis, quã uos mihi esse iucundos. Sed uidetis ut senectus, nõ modo lãguida atq; iners nõ sit, uerũ etiã sit operosa, & semp agẽs aliquid & moliẽs, tale scilicet quale cuiusq; studiũ, in supe/riore uita fuit. Quid qui etiã addiscunt aliqd, ut Solonẽ in uersibus gloriantẽ uidemus, qui se quotidie aliqd addiscẽ/tem senẽ fieri dicit, ut ego feci, qui Græcas litteras senex di/dici. Quas quidẽ sic auide arripui, quasi diuturnã sitim ex/plere cupiẽs, ut ea ipsa mihi nota essent, quibus me nũc ex/emplis uti uidetis. Quod cũ fecisse Socratẽ in fidibus au/direm, uellẽ equidẽ & illud. discebãt. n. fidibus antiqui, sed in litteris certe laboraui. Nec nũc quidẽ uires desidero ado lescẽtis, is eni locus erat alter de uitiis senectutis, nõ plus q̃ adolescẽs etiã uires tauri, aut elẽphãtis desiderabã. Quod eni homini naturaliter insitũ est, eo uti decet, & quicquid agas, agere ꝓ uirib9. Quæ. n. uox potest esse cõtemptior, q̃ Milonis Crotoniate, qui cũ senex esset iam, athlætasq; se in curriculo exercẽtes uideret, aspexisse lacertos suos di/citur, illachrymãsq; dixisse. At hi quidẽ iã mortui sunt, nõ uero tam isti q̃ tu ipse nugator, neq;. n. ex te unq̃ es nobili/tatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. Nihil Sex. æmilius

tale

tale, nihil multis annis ante Ti. Coruncanius, nihil mō. P. Crassus, a q̄bus iura ciuibus p̄scribebant, quorū usq; ad extremū spiritū ꝑuecta est prudētia. Orator metuo ne languescat senectute. Est. n. munus eius nō ingenii solum, sed laterū etiā & uiriū. Omnino canorū illud in uoce splēdescit etiā nescio quo pacto in senectute, qđ equidē nō amisi adhuc, & tamē uidetis annos meos. Sed tamē decorus est sermo senis quietus / & remissus, facitq; p̄sæpe ipsa sibi audiētiam diserti senis cōpta oratio & mitis. Quod si exequi nequeas possis tamē Scipioni p̄cipere & Lælio. Quid est. n. iucūdius senectute stipata studiis iuuētutis? An ne eas quidem res senectuti reliquem9, ut adolescētulos doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? Quo quidē ope, qd pōt esse præclarius? Mihi uero. Cn. & P. Scipiōes. & aui tui duo. L. Aemilius. P. Aphricanus comitatu nobiliū iuuenū fortunati uidebant. Nec ulli bonarū artiū magistri nō beati putādi quāuis cōsenuerint uires atq; defecerint, & si ista ipsa defectio uiriū adolescētiæ uiciis efficitur sæpius q̄ senectutis. Libidinosa etenī & intēperata adolescētia effetū corpus tradit senectuti. Cyrus quidem apud Xenophontē eo sermone quē moriēs habuit, cū admodū senex esset, negat se unq̄ sensisse senectutē suā imbecilliorē factā, q̄ adolescētia fuisset. Ego. L. Metellū memini puer, q cū quadriennio post alterū consulatū pōtifex maximus factus esset (.xxii. annos ei sacerdotio præfuit) ita bonis uirib9 esse in extremo tēpore ætatis, ut adolescentiā nō requireret, nihil necesse est de meipso dicere mihi, quanq̄ est id quidē senile ætatiq; nostræ cōcedit, uidetis ne ut apud Homerū sæpissime Nestor de uirtutibus suis p̄dicet? Tertiā. n. iam ætatē

hoīum uixerat. nec erat ei uerendū, ne uera de se prædicās nimis uidereť aut insolēs, aut loquax. Et enī ut ait Home/rus, ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio, q̄ ad suaui/tatē nullis egebat corpis uirib9, & tñ ille dux Græciæ nūq̄ optat, ut Aiacis similes decē habeat. At ut Nestori qnq;. Quod si acciderit, nō dubitat quin breui Troia sit peritura Sed redeo ad me. Quartū annū ago & octogesimū, equidē posse uellē idē gloriari qđ Cyrus, sed tñ hoc queo dicere, nō me quidē his esse uiribus, quib9 aut miles bello Punico, aut quæstor eodē bello, aut cōsul in Hispania fuerim, aut quadriennio post cum tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas. M. Attilio. C. Labeone cōsulibus. Sed ta/men ut uos uidetis, nō plene me eneruauit, nō afflixit sene/ctus, nō curia uires meas desideratꝰ Nō rostraꝰ Nō amiciꝰ Nō clientesꝰ Nō hospitesꝰ Nec. n. unq̄ sum assensus illi ue/teri, laudatoq; ꝓuerbio qđ monet mature fieri senē, si diu uelis esse senex. Ego uero me minus diu senē esse mallē, q̄ esse senē, anteq̄ essē. Itaq; nemo adhuc cōuenire me ualuit, quin fuerim occupatus. At minus habeo uiriū, q̄ uestrum uteruis. Nec uos quidē. T. Pōtii Cēturionis uires habetis. Nū idcirco ille est præstātior uobisꝰ Moderatio mō uiriū adsit. Tantū, quantū quisq; potest, nitaꝛ. Nec ille magno desiderio tenebiꝛ uiriū. Olympiæ p stadiū ingressus esse. Milo diciꝛ, cū hūeris sustineret bouē uiuū, igiꝛ has corpis, an Pythagoræ tibi malis uires īgenii dareꝰ Deniq; isto bo/no utare, dū adsit, cū absit ne reqras, nisi forte adolescētes pueritiā, paululū ætate ꝓgressi adolescentiā debeāt reqre/re. Cursus ē certus ætatis, & uia una naturæ eaq; simplex, suaq; cuiq; parti tēpestiuitas est data. Vt. n. īfirmitas pue/

rorũ, & ferocitas iuuenũ, & grauitas iã cõstantis ætatis, sic senectutis maturitas naturale quiddã habet, qđ suo tẽpore pcipi debeat. Arbitror te audire Scipio, hospes tuus Masinissa quæ facit hodie nonaginta annos natus, cũ ĩgressus iter pedibus sit, in equũ oĩno nõ ascẽdere, cũ equo, ex equo nõ descendere, nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite opto sit, summã in eo esse corporis siccitatẽ. Itaq; exequi oĩa regis officia & mũera. Põt igiť exercitatio & tẽperãtia etiã in senectute cõseruare aliqđ pristini roboris. Nõ sunt in senectute uires, nec postulantur quidẽ uires a senectute. Ergo & legib⁹ & ĩstitutis uacat ætas nostra mũeribus iis, quæ possũt sine uiribus sustineri. Itaq; nõ mõ qđ nõ possumus, sed nec quantũ possum⁹ quidẽ cogimur. LAELI. At ita multi sunt ĩbecilles senes ut nullũ officii aut oĩo uitæ munus exequi possint. CATO. At id quidẽ nõ propriũ senectutis est uitiũ, sed cõmune ualitudinis, q̃ fuit ĩbecillis. P. Africani filius is qui te adoptauit, q̃ tenui aut nulla potius ualitudine? Quod nisi ita fuisset, alterũ ille extitisset lumen ciuitatis, ad paternã. n. magnitudinẽ animi doctrina uberior accesserat. Quid mirũ igiť in senibus, si ĩfirmi sunt aliquãdo, cũ ne id quidẽ adolescẽtes effugere possint? Resistendũ Læli & Scipio senectuti est, & eius uitia diligentia cõpensanda sunt. Pugnandũ tanquã contra morbũ est sic cõtra senectutẽ habenda ratio ualitudinis. Vtendũ exercitationibus modicis, tantũ cibi & potionis adhibendũ, ut reficiãtur uires, nõ opprimãtur. Nec uero corpori soli subueniendũ est, sed etiã mẽti atq; animo multo magis. Nãq; hæc quoq;, nisi tanq̃ lumini oleũ instilles extingui in senectute. Et corpora quidem defatigatione & exercitatione

ingrauescũt,animi aũt se exercẽdo leuãtur. Nam quos ait Cecilius comicus stultos senes,hos significat credulos,obliuiosos,dissolutos,quæ uicia sunt nõ senectutis,sed inertis ignauæ somniculosæ senectutis,ut petulãtia,ut libido magis est adolescentũ q̃ senũ, nec tantũ oĩm adolescentiũ, sed nõ probatorꝝ,sic ista senilis stulticia, quæ deliratio appellari solet,senũ leuiũ est,nõ aliorꝝ. Quattuor robustos filios & filias quinqꝫ,tantã domũ,tãtas clientelas Appius regebat & senex et cæcus.Intentũ.n.animũ tanq̃ arcũ habebat nec languescẽs succũbebat senectuti. Tenebat nõ mõ autoritatẽ,sed etiã imperiũ in suos. Metuebãt eũ serui,uerebant̃ liberi,carũ oẽs habebãt,uigebat in ea domo patrius mos & disciplina. Ita enĩ senectus honesta est, si seipsa defendat,si ius suum retinet,si nemini mãcipata est,si usqꝫ ad extremũ spiritũ dominat̃ ĩ suos.Vt enĩ adolescentẽ in quo senile aliq̃d, sic senẽ,in quo adolescẽtis est aliquid laudamꝰ quod qui sequit̃ corpore senex esse poterit,anĩo nunq̃ erit. Septimus mihi originũ liber est in manibus,oĩa antiq̃tatis monumẽta colligo causarꝝ illustriũ quascũqꝫ defendi, nũc q̃maxime cõficio orationes.Ius augurum pontificiũ ciuile tracto,multũ etiã litteris Græcis utor. Pythagoreorũqꝫ more exercẽdæ memoriæ gr̃a,q̃d quoqꝫ die dixerim audiuerim,egerim,cõmemoro uero uesperi.Hæ sunt exercitationes ingenii.Hæc curricula mentis.In his desudans, atqꝫ elaborãs corpis uires nõ magnopere desidero.Adsum amicis,uenio iu senatũ frequẽs,ultroqꝫ affero res,multũ & diu cogitatas,easqꝫ tueor animi nõ corpis uiribus, quæ si exequi nequirẽ,tamẽ me lectulus oblectaret ea ipsa cogitantẽ quæ iam agere nõ possem. Sed ut possim facit acta uita.

Semp enī in his studiis, laboribusq̨ uiuēti, nō intelligatur quādo obrepat senectus. Ita sensim, sine sensu ætas senescit nec subito frāgitur. Sed diuturnitate extinguitur.

SEquit̃ tercia uituperatio senectutis, quod eā carere dicūt uoluptatibus. O præclarū munus ætatis, si quidē id aufert nobis, q̄d est in adolescētia uiciosissimū. Accipite enī optimi adolescentes ueterem orationē Archytæ Tarētini magni in primis & præclari uiri quæ mihi tradita est cū essem adolescēs Tarēti, cū. Q. Maximo, nullam capitaliorē pestem, q̄ corporis uoluptatē hoībus dicebat a natura datā. Cuius uoluptatis auide libidines temere, & effrenate ad potiundū incitarent̃. Hinc patriæ ꝓditiones, hinc rerū publicarū euersiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia, nasci dicebat. Nullū deniq̨ scelus. Nullum magnū facinus esse, ad quod suscipiendū, nō libido uoluptatis impelleret. Stupra uero, & adulteria, & omne tale flagitiū nullis aliis illecebris excitari, nisi uoluptate. Cunq̨ homini siue natura siue qs deus nihil mēte præstabilius dedisset, huic diuino muneri ac dono, nihil tā esse inimicū, q̄ uoluptatē. Nec enī libidine dominăte, tēperātiæ locū esse omnino. Nec in uoluptatis regno uirtutē posse cōsistere. Quod quo magis intelligi posset, fingere anio aliquē iubebat, tanta incitatū uoluptate corporis, quāta pcipi posset maxima. Nemini cēsebat fore dubiū, quin tam diu, dū ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratiōe, nihil cogitatiōe, cōsequi posset. Quocirca nihil tā detestabile, tāq̨ pestiferum, q̄ uoluptatē. Si siquidē ea, cū maior esset, atq̨ lōgior omne animi lumē extingueret. Hæc, cū. C. Pōtio Sānite,

patreq; eius a quo in Caudino prælio. P. Posthumius, &. T. Veturius cõsules superati sunt, locutũ Archytã Nearchus Tarẽtinus, hospes noster, qui in amicitia populi Ro. permãserat, se, a maioribus natu accœpisse dicebat. Cum quidẽ ei sermoni iterfuisset Plato Atheniẽsis. Quẽ Tarẽtum uenisse. L. Aemilio. Appio Claudio consulibus reperio. Quorsum hæc? ut intelligatis, si uoluptatẽ aspernari ratiõe & sapiẽtia, nõ possimus, magnã habendã senectuti gratiã, quæ efficeret, ut nõ liberet, quod nõ oporteret. Impedit. n. consiliũ uoluptas, ratiõi inimica. Ac mẽtis, ut ita dicã præstringit oculos, nec habet ullũ cũ uirtute cõmercium. Inuitus quidẽ feci, ut fortissimi uiri. T. Flaminii. fratrem. L. Flaminiũ a senatu eiicerẽ septẽ annis postq̃ cõsul fuisset. Sed notandã libidinẽ putaui. Ille enĩ cũ esset consul in Gallia exhortatus est in cõuiuio a Scorto, ut securi feriret aliquẽ eorum, qui in uinculis essẽt, dãnati rei capitalis. hic Tito fratre suo cẽsore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est. Mihi uero, & Flacco ne utiq; probari potuit, tã flagitiosa, & tam perdita libido, quæ cũ probro priuato cõiungeret imperii dedecus. Sæpe a maioribus natu audiui, q se porro pueros, a senibus audiuisse dicebãt, mirari solitũ. C. Fabriciũ, quod cũ apud regẽ Pyrrhũ legatus esset, audisset a Thessalo cinea Athenis quendã esse qui se sapientẽ profiterẽt, eũq; dicere, oĩa quæ faceremus ad uoluptatẽ esse referẽda. Quod ex eo audiẽtes, Maniũ Curiũ, &. T. Corũcaniũ optare solitos, ut id Sãnitibus, ipsiq; Pyrrho persuaderẽt, quo facilius uinci possent, cũ se uoluptatibus dedissẽt, uixerat Manius Curius cũ. P. Decio, qui quinquẽnio ante eum consulẽ se pro republica, quarto cõsulatu deuouerat. norat eundem

Fabricius, norat Corũcanius, qui tũ ex sua uita tum ex eius quẽ dico. P. Decii facto, iudicabãt esse aliquid ꝑfecto natura pulchrũ atq; præclarum, quod sua sponte peteretur, quodq; spreta & cõtempta uoluptate optimus quisq; sequeretur, quorsum igit̃ tam multa de uoluptate? quia non modo uituperatio nulla, sed etiã summa laus senectutis est ꝙ ea uoluptates nullas magnopere desiderat, caret epulis, extructisq; mẽsis, & frequẽtibus poculis. Caret ergo uiõlentia, cruditate, & insomniis. Sed si aliquid dandũ est uoluptati, quoniã eius blãditiis nõ facile obsistimus. diuinus enĩ Plato escam maloꝝ uoluptatẽ appellat, ꝙ ea uidelicet hoĩes capiãtur, ut hamo pisces, quanq̃ immoderatis epulis careat senectus, modicis cõuiuiis tamẽ potest delectari. C. N Duilliũ Marci filium, qui Pœnos primus classe deuicerat, redeuntem a cœna senẽ, sæpe uidebã puer, delectabat̃ crebro funali, & tibicine, quæ sibi nullo exẽplo, priuatus sum pserat, tantũ licẽtiæ dabat gloria, sed qd ego alios? ad me ipsum iã reuertar. Primũ habui semp sodales, sodalitates aũt me quæstore cõstitutæ sunt, sacris Ideis magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice. Sed erat quidã feruor ætatis, qua ꝑgrediente, omĩa fiunt etiã in dies mitiora, neq;.n. ipsoꝝ cõuiuioꝝ delectationẽ corporis uoluptatibus magis, q̃ cetu amicoꝝ, & sermonibus metiebar, bene enĩ maiores accubationẽ epularẽ amicorũ, quia uitæ cõiunctionẽ haberet. conuiuiũ nominarũt, melius q̃ Græci, qui hoc idẽ tum cõpotationem, tum cõcenationẽ uocãt, ut quod in eo genere minimũ est, id maxime probare uideant̃. Ego uero ꝓpter sermonis delectationẽ, tẽpestiuis cõuiuiis delector, nec cũ æqualibus solũ,

qui pauci admodũ restãt. Sed cum uestra etiã ætate, atq; uobiscũ. Habeoq; senectuti magnã gratiã, quæ mihi ser/monis auiditatẽ auxit/potionis, & cibi substulit. Quod si quẽ etiã ista delectãt, ne omnino bellũ indixisse uidear uo/luptati, cuius est, etiã fortasse quidã naturalis modus, non intelligo ne in istis quidẽ uoluptatibus ipsis carere sensu se/nectutẽ, me uero magisteria delectãt, a maioribꝰ instituta, & is sermo, qui more maiorũ a summo adhibet̃ magistro in poculo, & pocula, sicut in Symposio Xenophõtis, mi/nuta atq; rorãtia, & refrigeratio æstate, & uicissim aut sol, aut ignis hybernus, quæ quidẽ in Sabinis etiã ꝓsequi soleo conuiuiũq; uicinoꝝ quotidie cõpleo. Quod ad multã no/ctem, q̃ maxime possumus uario sermone ꝓducimus. At nõ est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus credo. Sed ne desideratio quidẽ, nihil aũt molestũ quod nõ desi/deres, bene Sophocles, cũ ex eo quidã iam cõfecta ætate quæreret, uteret̃ ne rebus uenereis? dic meliora inq̃t libẽter uero istinc tanq̃ a domino agresti, ac furioso ꝓfugi, cupidis eni rerũ taliũ odiosum & molestũ est fortasse carere. Saci/atis uero, & expletis iucũdius est carere, q̃ frui. Quanq̃ nõ caret is, qui nõ desiderat. Ergo nõ desiderare, dico esse iu/cũdius, q̃ frui, ꝙ si istis ipsis uoluptatibus bona ætas fruit̃, libentius primũ paruulis fruitur rebus, ut diximus, deinde iis, q̃bus senectus, si etiã nõ abũde potit̃, nõ omnino caret, ut Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat, delectatur tamẽ etiã, qui in ultima. Sic adolescẽtia uoluptates prope intuẽs, magis lætatur. Sed delectat̃ etiã senectus procul eas spectãs, tantum quantum sat est. At illa quanti sunt, animũ tanq̃ emeritis stipendiis, libidinis,

ambitionis, cõtentionis, inimicitiaꝝ, cupiditatũ oĩm, ſecũ eſse, ſecũq; ut dicit̃ uiuere? Si uero habet aliquod, tanq̃ pabulũ ſtudii, atq; doctrinæ nihil eſt ocioſa ſenectute iucundius. Mori uidebamus in ſtudio dimetiẽdi pene cœli, atq; terræ Gallũ familiarẽ patris tui Scipio quotiẽs illum lux noctu aliq̃d deſcribere ingreſsũ, quotiẽs nox oppreſsit cũ cœpiſset mane qua delectabat̃, cũ defectiões ſolis & lunæ multo nobis ante prædiceret? Quid in leuioribus ſtudiis, ſed tamẽ acutis, q̃ gaudebat bello ſuo punico Neuius? quã truculẽto Plautus, quã Pſeudolo? Vidi etiã ſenem Liuiũ, qui cũ ſeptẽ annos anteq̃ ego natus ſum, fabulã docuiſset Cethego, Tuditanoq; cõſulibus, uſq; ad adoleſcentiã meã ꝓceſsit ætatis. Quid de. P. Licinii. Craſsi, & põtificii & ciuilis iuris, ſtudio loquar? aut de huius. P. Scipiõis, qui his paucis diebus põtifex maximus factus eſt? Atqui eos oẽs quos cõmemoraui, his ſtudiis flagrãtes ſenes uidimus. M. uero Cethegũ, quẽ recte ſuadæ Medullã dixit Enni9, quãto ſtudio exerceri in dicẽdo uidebamus, etiã ſenem? Quæ ſunt igitur epularũ, aut ludoꝝ, aut ſcortoꝝ uoluptates, cũ his uoluptatibus cõparandæ? Atq; hæc quidẽ ſtudia ſunt doctrinæ. Quæ quidẽ prudẽtibus & bene ĩſtitutis, pariter cũ ætate creſcũt, ut honeſtũ illud Solonis eſt q̃d ait ũerſiculo quodã, ut ante dixi, ſeneſcere ſe multa in dies addiſcẽtem, qua uoluptate animi nulla certe poteſt eſse maior. Venio nũc ad uoluptates agricolarũ, quibus ego incredibiliter delector, quæ nec ulla impediunt̃ ſenectute. Et mihi ad ſapiẽtis uitã ꝓxime uident̃ accedere, habẽt enĩ rationẽ cũ terra, quæ nunq̃ recuſat imperiũ, nec unq̃ ſine uſura reddit, quod accœpit. Sed alias minore, plerũq; maiore cum

fœnore quanq̃ nõ mõ fructus quidẽ me, ſed etiã ipſius ter/
ræ, uis ac natura delectat. Quæ cũ gremio mollito, ac ſub/
acto, ſemẽ ſparſum excepit, primũ id occatum cohibet, ex
quo occatio quæ hoc efficit, nomĩata eſt, deinde tepefactũ
uapore, & cõplexu ſuo, diffundit, & elicit herbeſcentẽ &
ex eo uiriditatẽ. Quæ nixa fibris ſtirpiũ ſenſim adoleſcit,
culmoq; erecto geniculato, uaginis iã quaſi pubeſcẽs inclu/
ditur. E quibus cũ emerſerit, fundit frugem, ſpicæ ordine
ſtructã & cõtra auiũ minorꝝ morſum munitur uallo ariſta
rum. Quid ego uitiũ ſatus, ortus, incremẽta, cõmemorẽ?
Satiari delectatiõe nõ poſsum, ut meæ ſenectutis requiẽ,
oblectamentũq; noſcatis. omitto enĩ uim ipſam oĩum quæ
generãtur e terra, quæ ex fici tãtulo grano, aut ex acini ui/
naceo, aut ex cæterarũ frugũ, aut ſtirpiũ minutiſsimis ſe/
minibus, tãtos trũcos, ramoſq; procreet, maleoli, plantæ,
ſarmẽta, uites, radices, ꝓpagines, nõ ne ea efficiũt, ut quẽ
uis admiratiõe delectẽt? uitis quæ natura caduca eſt, & niſi
fulta ſit, ad terrã fertur. Eadem ut ſe erigat clauiculis ſuis,
quaſi manib9, quicquid eſt nacta cõplectitur. Quã ſerpẽ/
tem multiplici lapſu, & erratico, ferro amputans coercet
ars agricolaꝝ, ne ſilueſcat ſarmẽtis, & in oẽs partes nimia
fundat. Itaq; ineũte uere, in iis, quæ relicta ſunt, exiſtit tanq̃
ad articulos ſarmentoꝝ, ea, quæ gẽma dicit̃, a qua oriens
uua ſeſe oſtendit, quæ & ſucco terræ, & calore ſolis auge/
ſcens. Primo eſt pacerba guſtu, deinde maturata dulceſcit.
Veſtitaq; pãpinis, nec modico tpe caret, & nimios ſolis de
fendit ardores, qua quid põt eſse, tũ fructu lætius, tũ aſpe/
ctu pulchrius? cui9 quidẽ nõ utilitas me ſolũ (ut ante dixi)
Sed etiam cultura, & ipſa natura delectat. Adminiculorũ

ordines, capitũ cõiugatio, religatio, ꝓpagatio, uitiũq; sar/
mentorum, ea, quã dixi, alioꝝ amputatio, alioꝝ immissio.
Quid ego irrigatiões? quid agri fossiones? repastinatiõesq;
proferã qbus sit multo terra fœcũdior? Quid de utilitate
loquar stercorãdi? dixi in eo libro, quem de rebus rusticis
scripsi, de qua doctus Hesiodus, nec uerbũ quidẽ fecit, cum
de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi
uidetur, ante sæculis fuit. Laerten, lenientẽ desideriũ, quod
capiebat e filio, colentẽ agrũ, & eũ stercorantẽ facit. Nec
uero segetibus solũ, & pratis, & uineis, & arbustis, res ru/
sticæ lætæ sunt. Sed pomariis etiã, & hortis. Tũ pecudũ
pastu, & apiũ examinibus, florũ omniũ uarietate. Nec cõ/
sitiones modo delectãt, sed etiã insitiões, quibus nihil inue/
nit agricola solertius. Possum ꝑsequi multa oblectamẽta
rerum rusticarũ, sed ea ipsa, quæ dixi, sentio fuisse lõgiora.
Ignoscetis aũt, nam & studio rerum rusticarũ prouectus
sum. Et senectus est natura loquatior, ne ab omnibus eam
uitiis uidear uindicare. Ergo in hac uita Marcus Manius
Curius cũ de Samnitibus triũphasset, & de Pyrrho, con/
sumpsit extremũ tẽpus ætatis. Cuius quidẽ uillã ego con/
templãs, abest enĩ nõ longe a me, admirari satis nõ possũ,
uel ipsius hominis continentiã, uel temporũ disciplinam.
Curio ad focũ sedenti, magnũ auri põdus Sãnites cũ attu/
lissent, repudiati ab eo sunt. Nõ. n. aurũ habere præclarũ
sibi uideri dixit, sed eis, qui haberẽt aurũ, imperare. pote/
rat ne tantus animus non iucundã habere senectutẽ. Sed
uenio ad agricolas, ne a meipso recedã. In agris erant tum
senatores. id est senes. Siquidem. L. Quintio Cincinnato in
agro aranti. Nunciatum est eum dictatorem esse factum.

Cuius dictatoris iussu magister equitũ. C. Seruilius hala, Sp. Meliũ regnũ appetentẽ, & occuparẽ interemit, a uilla in senatũ accersebãtur, & Curius, & cæteri senes. Ex quo, qui eos accersebãt, uiatores nominati sunt. Num igitur eorꝝ senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Mea quidẽ sentẽtia, haud scio an ulla beatior esse posit. Neqꝫ solum officio, quod hominũ generi uniuerso cultura agrorꝝ est salutaris, sed & delectatione quãdixi, & saturitate copiaqꝫ rerũ omniũ quæ ad uictum hominũ, & cultũ etiã deorꝝ pertinẽt. Et quoniã hæc quidã desiderãt, in gratiam iam cũ uoluptate redeamus. semp eni boni, asiduiqꝫ domini referta cella uinaria, olearia, & penuaria est, uillaqꝫ tota locuples est, abũdat porco, edo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Iam hortum ipsi agricolæ succidiã alterã appellant, tum cõditiora facit hæc etiã superuacantis operis aucupiũ, atqꝫ uenatio. Quid de pratorꝝ uiriditate, aut arborum ordinibus, aut uinearũ, oliuetorũue specie dicam? breui expediam. Agro bene culto, nil potest esse, nec usu uberius, nec specie ornatius ad quẽ fruendũ nõ modo non retardat, uerũ etiam inuitat atqꝫ allectat senectus. Vbi enĩ potest illa ætas æque calescere, uel apricatione melius, uel igni? uel uicissim umbris, aquisue refrigerari salubrius? Habeant igitur, alii sibi arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauã & pilum, sibi uenationes & cursus. Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquãt, & tesseras. Id ipsum utrum lubebit, quoniã sine his beata esse senectus potest. Multas ad res perutiles Xenophõtis libri sunt, quos legite quæso studiose (ut facitis). Quam copiose ab eo agricultura laudatũ, in eo libro, qui est de tuẽda re familiari qui Oecono-

micus

micus inſcribitur. Atq; ut intelligas, nihil ei tam regale uideri, quã ſtudium agri colendi. Socrates in eo libro loquit̃, cum Critobulo. Cyrum minorẽ regem, Perſarum præſtãtem ingenio, atq; imperii gloria. Cum Lyſander Lacedæmonius uir ſummæ uirtutis, ueniſset ad eum Sardis, eiq; dona a ſociis attuliſset, & cæteris in rebus comẽ erga Lyſandrũ, atq; humanũ fuiſse, & ei quendã conſeptũ agrum, diligenter cõſitum oſtendiſse. Cum autẽ admiraretur Lyſander / & proceritates arborꝝ, & directos in quincũcem ordines, & humum ſubactã, atq; puram & ſuauitatẽ odorum, qui efflarẽtur e floribus. Tum eum dixiſse. Mirari ſe nõ modo diligentiã, ſed etiã ſolertiã eius, a quo eſsent illa dimenſa, & deſcripta. Et ei Cyrum reſpõdiſse. Atqui ego iſta ſum dimẽſus mei ſunt ordines, mea deſcriptio. Multæ etiã iſtarum arborũ mea manu ſunt ſatæ. Tum Lyſandrũ intuentem eius purpurã, & nitorem corporis, ornatumq; perſicum, multo auro, multiſq; gẽmis, dixiſse. Recte uero te Cyre, beatum ferunt quoniã uirtuti tuæ fortuna cõiuncta eſt. Hac igitur fortuna frui licet ſenibus, nec ætas impedit, quo minus & cæterarũ rerũ, & in primis agri colendi ſtudia teneamus uſq; ad ultimũ tẽpus ſenectutis? M. quidem Valerium Coruinũ accœpimus, ad centeſimũ annũ uitam perduxiſse. Cum eſset exacta iam ætate in agris, eoſq; coleret. Cuius inter primum & ſextum conſulatum, ſex & quadraginta anni interfuerũt. Itaq; quantũ ſpacium ætatis maiores noſtri ad ſenectutis initium eſse uoluerunt, tantus illi curſus honorum fuit. Atq; eius extrema ætas, in hoc beatior q̃ media. Quod autoritatis plus habebat, laboris uero minus. Apex aũt ſenectutis eſt autoritas, quãta

fuit in. L. Cecilio Metello, quanta in Attilio Calatino. In quem illud, Eulogiũ unicũ, plurime cõsentiunt gentes populi, primariũ fuisse uirum, notum est totũ eius carmen, incisum in sepulchro. Iure igitur grauis, cuius de laudibus omniũ esset fama cõsentiens. Quẽ uirum. P. Crassum põtificem maximũ, quẽ postea. M. Lepidũ, eodẽ sacerdotio præditum uidimus? Quid de Paulo, aut Africano loquar? aut iam ante de Maximo? quoꝝ nõ in sententia solum, sed etiã in nutu residebat autoritas? habet senectus, honorata præsertim, tantã autoritatẽ, ut ea pluris sit, q̃ omnes adolescentiæ uoluptates. Sed in omni oratiõe memẽtote eam, me laudare senectutẽ quæ fundamẽtis adolescẽtiæ cõstituta sit. Ex quo id efficitur, quod ego magno cũ assensu oĩm dixi. Miserã esse senectutẽ quæ se oratiõe defenderet. Non cani, nõ rugæ, repẽte autoritatẽ afferre possũt. Sed honeste acta superior ætas fructus autoritatis prebet extremos Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ uidentur leuia, atq; cõmunia salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, cõsuli, quæ & apud nos & in aliis ciuitatibus ut quæq; optime morata ita diligẽtissime obseruantur. Lysandrũ Lacedæmonium, cuius modo mentionem feci, dicere aiunt solitum Lacedæmone esse honestissimũ domiciliũ senectutis. Nusquã enim tantũ tribuitur ætati, nusquã est senectus honoratior. Quinetiã memoriæ proditũ est, cum Athenis ludis quidam in Theatrum grandis natu uenisset, in magno consessu locum ei nusquã datum. Cum autem ad Lacedæmonios accessisset, qui cum legati essent in loco certo cõsederant, cõsurrexisse omnes illi dicũtur, & senem illum sessum recepisse. Quibus cũ a cuncto consessu plau

ſus eſset multiplex datus, dixiſse ex iis quendã. Athenien/ſes ſcire quæ recta eſsent, ſed facere nolle. Multa in noſtro collegio præclara. Sed hoc de quo agimus in primis, ꝙ ut quiſq; ætate antecellit ita ſentẽtiæ principatũ teneat. Neq; enim ſolum honore antededẽtibus, ſed iis etiam qui cum imperio ſunt maiores natu augures anteponuntur. Quæ ſunt igitur uoluptates corpoꝝ cũ autoritatis præmiis cõ/parandæ/quibus qui ſplendide uſi ſunt ii mihi uidentur fa/bulam ætatis peregiſse, nec tanq̃ inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſse. At ſunt moroſi & anxii, & iracun/di, & difficiles ſenes/ſi quærimus etiã auari, ſed hæc morũ uitia ſunt, non ſenectutis. At moroſitas tamen & ea uitia quæ dixi habẽt aliquid excuſationis, nõ illius quidẽ iuſtæ, ſed quæ probari poſse uideatur, cõtemni ſe putãt, deſpici, illudi, præterea in fragili corpore odioſa omĩs offenſio eſt, quæ tamẽ oĩa dulciora fiunt & bonis moribus & artibus. Idq; tum in uita, tum in ſcæna intelligi poteſt ex iis fratri/bus qui in adelphis ſunt, quãta in altero duritas, in altero comitas. Sic ſe res habẽt, ut. n. nõ omne uinũ, ſic nõ omnis ætas uetuſtate coaceſcit. Seueritatẽ in ſenectute probo, & eam ſicut alia modicã, acerbitatẽ nullo modo, auaritia ue/ro ſenilis quid ſibi uelit nõ intelligo, poteſt enim quicquã eſse abſurdius, q̃ quo minus uiæ reſtat, eo plus uiatici quæ/rere. Quarta reſtat cauſa quæ maxime angere ſollicitã ha bere noſtrã ætatem uidetur, appropinquatio mortis, quæ certe a ſenectute nõ poteſt longe abeſse. O miſerũ ſenem, qui mortẽ contẽnendã eſse in tam longa ætate nõ uiderit, quæ aut plane negligẽda eſt, ſi omnino extiguit animũ, aut etiã appetẽda, ſi aliquo eũ deducit ubi ſit futurus æternus.

Atqui tertiũ certe nihil inueniri poteſt. Quid igitur time/am? Si aut nõ miſer poſt mortem, aut beatus etiã futurus ſum? quanq̃ quis eſt tam ſtultus, quãuis ſit adoleſcens cui ſit exploratũ ſe ad ueſperũ eſse uicturum? Quinetiã ætas illa multo plures q̃ noſtra mortis caſus habet. Facilius in morbos incidũt adoleſcẽtes, grauius ægrotãt, triſtius cu/rantur. Itaq; pauci ueniunt ad ſenectutẽ, quod niſi ita acci/deret, melius & prudẽtius uiuerẽt. Mens enĩ ratio, & con/ſilium in ſenibus eſt, qui ſi nulli fuiſsẽt, nullæ omnino ciui/tates fuiſsent. Sed redeo ad mortẽ impendentẽ, q̃ illud eſt crimen ſenectutis cũ illud uideatis cũ adoleſcentia eſse cõ/mune. Senſi ego tum in optimo filio meo? cũ in expectatis ad ampliſsimam dignitatem fratribus Scipio, omni ætati mortẽ eſse cõmunem. At ſperat adoleſcẽs diu ſe uicturũ, quod ſperare idẽ ſenex nõ poteſt. Inſipienter ſperat. Quid enim eſt ſtultius, q̃ incerta pro certis habere, ac falſa pro ueris. Senex ne quid ſperet habet quidem. At eſt eo meli/ore conditione, quã adoleſcẽs, cum id quod ſperat ille, hic aſsecutus eſt. Ille uult diu uiuere. Hic diu uixit. Quanq̃ o dii boni, quid eſt in hominis uita diu? Da enim ſupremum tempus. Expectemus Tharteſiorũ regis ætatem. Fuit enĩ ut ſcriptũ uideo, Arganthonius quidam gadibus, qui octo ginta regnauit annos, cẽtum & uiginti uixit. Sed mihi nec diuturnũ quidem quicquid uidetur, in quo eſt aliquid ex/tremũ, cum enim id aduenerit, tunc illud, quod præteriit, effluxit, tantũ remanet quidem, quod uirtute & recte fa/ctis ſis cõſecutus. Horæ quidẽ cedunt, & dies, menſes, & anni nec præteritũ tempus unq̃ reuertiẽ. Nec quid ſequa/tur, ſciri poteſt. Quod cuiq; temporis ad uiuendũ datur,

Atq garritamus

eo debet cōtentus esse. Neq; enī histrioni ut placeat, peragenda est fabula in fine solūmodo. In quocūq; fuerit actu, probetur. Nec sapiēti usq; plaudite uiuendū. Breue enim tēpus ætatis, satis longū, ad bene, honesteq; uiuendū. Sin processeris longius, nō magis dolendū est, q̄ agricolæ dolent. Præterita uerni tēporis suauitate, æstatē autūnumq; uenisse. Ver enim tanq̄ adolescentiā significat, ostenditq; fructus futuros. Reliqua tempora de metendis fructibus, aut percipiēdis accōmodata sunt, fructus autē senectutis est, ut sæpe dixi. In partorū bonorum memoria, & copia. Omnia uero, quæ secundū naturam fiunt, sunt habēda in bonis. Quid est autē, tam secundū naturā, q̄ senibus emori? quod idem contingit adolescētibus, aduersante & repugnante natura. Itaq; adolescētes mori sic mihi uidentur, ut cum aquæ multitudine uis flammæ opprimit. Senes autē sicut sua sponte, nulla adhibita ui, cōsumptus ignis extinguitur. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, ui auelluntur, si matura, & cocta, decidūt. Sic uitam adolescentibus uis aufert, senibus maturitas. Quæ mihi quidem tam iucunda est, ut quo propius ad mortem accedā, quasi terram uidear uidere, aliquādoq; in portum ex longa nauigatione esse uenturus. Senectutis autē nullus certus est terminus. Recteq; in ea uiuit, quo ad munus officii exequi, & tueri possis, & tamen mortem contemnere. Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quam adolescētia, & fortior. Hoc illud est q; Pisistrato tyranno a Solone respōsum est, cum illi quærenti, qua tandem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret? Respondisse dicitur, senectute. Sed uiuendi est finis optimus cum integra mente, cæterisq; sensibus,

opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentauit, natura diſsol/
uit. ut nauem, ut edificium, idem deſtruit, facillime, qui cõ/
ſtruxit. Sic hominem eadem optime, quæ conglutinauit
natura diſsoluit. Nam omnis conglutinatio recens ægre,
inueterata facile diuellitur. Ita fit, ut illud breue uitæ reli/
quum, nec auide appetendum ſenibus, nec ſine cauſa de/
ſerendum ſit. Vetatq; Pythagoras, in iuſsu imperatoris,
id eſt dei, de præſidio & ſtatione uitæ decedere. Solonis
quidem ſapientis eulogium eſt, quo ſe negat, uelle ſuam
mortem dolore amicorum, lamentiſq; uacare. Vult ſe ca/
rum, credo ſuis eſse. Sed haud ſcio an melius Ennius, ne/
mo me lachrymis decoret, neq; funera fletu faxit, non eſse
lugendam mortem cenſet, quã immortalitas cõſequatur.
Iam ſenſus moriendi ſi aliquis eſse poteſt, is ad exiguum
tempus durat, præſertim ſeni poſt mortem quidem ſenſus,
aut optandus, aut nullus eſt, ſed hoc meditatum ab adole/
ſcentia debet eſse mortem ut negligamus ſine qua medita/
tione tranquillo eſse animo nemo poteſt. Moriendũ enim
certe eſt, & id incertũ an eo ipſo die. Mortem igitur omni/
bus horis impendentẽ timens quis trãquillo poſsit animo
cõſiſtere? De qua non ita longa diſputatione opus eſse ui/
detur, cũ recorder nõ ſolum. L. Brutũ qui in liberanda pa/
tria eſt interfectus. Non duos Decios, qui ad uolũtariam
mortem curſum equoꝝ incitauerũt. Non. M. Regulum,
qui ad ſuppliciũ eſt profectus, ut fidem hoſti datam con/
ſeruaret. Non duos Sci. qui iter Pœnis uel corporibus ſuis
obſtruere uoluerũt. Non auum tuum. L. Paulũ, qui morte
ſua luit collegæ in Cãnenſi ignominia temeritatẽ, nõ. M.
Marcel. cuius interitum nec crudeliſsimus quidem hoſtis

honore sepulturæ carere passus est. Sed legiones quidem nostras scripsi in originibus in eum locum sæpe profectas alacri animo & erecto, unde se nunq̃ redituras arbitrarentur, quod igitur adolescẽtes, & ii quidẽ nõ solum indocti, sed etiã rustici contẽnunt, id docti senes extimescent? Omnino (ut mihi quidem uidetur) rerũ omniũ sacietas uitæ facit sacietatẽ. Sunt pueritiæ certa studia, num igitur ea desiderant adolescẽtes? sunt & ineuntis adolescẽtiæ, num ea iam constãs requirit ætas, quæ dicit̃ media? Sunt etiã eius ætatis, ne ea quidẽ in senectute quærũtur? Sunt aũt extrema studia quædã senectutis. Ergo ut superior ætatũ studia occidũt, sic occidũt etiã senectutis. Q̃d cũ euenit sacietas uitæ tẽpus maturũ mortis affert. Equidẽ nõ uideo, cur quid ipse sentiã de morte, non audeam dicere uobis, quod eo melius cernere mihi uideor, q̃ ab ea propius adsum. Ego uestros patres. P. Scipio, tuq;. C. Læli uiros clarissimos mihiq; amicissimos uiuere arbitror, & ea quidẽ uita quæ est sola uita numerãda. Nam dũ sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodã necessitatis & graui opere pfungimur. Est enim animus cælestis ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terrã locum diuinæ naturæ æternitatiq; cõtrarium. Sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur, quiq; cælestium ordinem contẽplantes imitarentur eum uitæ modo atq; constantia. Nec me solum ratio ac disputatio impulit, ut ita crederem, sed nobilitas etiam summorũ philosophorum & autoritas. Audiebam Pythagorã Pythagoricosq; incolas pene nostros qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquã

dubitaſse quin ex uniuerſa mente diuina delibatos animos haberemus, demonſtrabat mihi præterea, quid Socrates ſupremo uitæ die de immortalitate animorũ diſseruiſset, is qui eſset ſapientiſsimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? ſic mihi perſuaſi, ſic ſentio cum tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria præteritorũ, futurorum prudentia, tot artes, tantæ ſcientiæ, tot inuenta, non poſse eam naturam, quæ res eas continet eſse mortalẽ. Cumq́ animus ſemper agitetur nec principium motus habeat, quia ipſe ſe mouet, nec finem quidẽ habiturũ eſse motus, qui nunquã ſeipſe ſit relicturus, & cum ſimplex animi natura eſset, neq́ haberet in ſe quicquã admixtum diſpar ſui atq́ diſsimile, non poſse eum diuidi. Quod ſi non poſsit, non poſse interire, magnoq́ eſse argumẽto homines ſcire pleraq́ antequã nati ſint. Quod iam pueri cum artes difficiles diſcant, ita celeriter innumerabiles arripiũt, ut eas non tum primum accipere uideantur, ſed reminiſci & recordari. Hæc Platonis ſunt fere. Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior hæc dicit. Nolite arbitrari o mihi cariſsimi filii me cum a uobis diſceſsero, nuſquã aut nullum fore, nec enim dum eram uobis cum animũ meum uidebatis, ſed quem eſse in hoc corpore ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. eundem igitur eſse creditote etiam ſi nullum uidebitis. Nec uero clarorũ uirorum poſt mortem honores permanerẽt, ſi nihil eorum ipſorũ animi efficerent, quo diutius memoriã ſui teneremus. Mihi nunquã quidẽ perſuaderi potui, animos, dum in corporibus eſsent mortalibus, uiuere, cũ exiſsent ex iis, emori, nec uero tum animũ eſse inſipientẽ, cũ ex inſipiẽti corpore euaſiſset. Sed cũ omni admixtione corporis liberatus, purus, & integer,

esse cœpisset, tum esse sapientē. Atq; etiā, cum omnis natura morte dissoluitur, cæterarū rerum perspicuū est, quo quæq; discedāt. Abeunt enim oīa, unde orta sunt, animus aūt solus, nec cum adest, nec cū discedit, apparet. Iam uero uidetis nihil morti esse tam simile, q̄ somnū. Atqui dormientiū animi maxime declarāt diuinitatē suā. Multa enim cum remissi, & liberi sunt, futura prospiciūt. Ex quo intelligitur quales futuri sint, cū se plane corporis uinculis relaxauerint. Quare si hæc ita sunt, sic me colite, ut deum. Sin una interiturus est animus, cū corpore, uos tamē deos uerentes, qui hāc omnē pulchritudinē tuentur, & regūt, memoriā nostri pie inuiolateq; seruabitis. Cyrus quidem hæc moriens. Nos, si placet, nostra uideamus, nemo unq̄ mihi Scipio psuadebit, aut patrē tuum Paulum, aut duos auos Paulum, & Africanū, aut Africani fratrē, aut patruū, aut multos præstātes uiros, quos enumerare necesse non est, tanta esse conatos quæ ad posteritatis memoriā pertinerent, nisi animo cernerēt, posteritatē ad se pertinere posse. An censes, ut de me ipso aliquid, more senū, glorier, me tātos labores diuturnos, nocturnosq; domi, militiæq; suscepturum fuisse, si hisdem finibus gloriā meā, quibus uitam essem terminaturus. Nōne melius multo fuisset, ociosam ætatem, & quietā, sine ullo labore, aut cōtentione traducere? Sed nescio quomō animus erigēs se, posteritatē semp ita ꝓspiciebat, quasi cū excessisset e uita, tum deniq; uicturus esset. Quod quidē ni ita se haberet, ut animi īmortales essent, haud optimi cuiusq; animus maxime ad immortalem gloriā niteretur. Quid? q̄ sapiētissimus quisq; æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? nōne uobis

uidetur, animus is, qui plus cernat, & longius uidere se ad meliora ꝓficisci: ille aũt, cuius obtusior sit acies nõ uidere? Equidẽ efferor studio, patres uestros, quos colui, & dilexi, uidendi. Neq; eos uero solum cõuenire aueo; quos ipse co/gnoui, sed illos etiã, de quibus audiui, & legi, & ipse cõscri/psi. Quo quidẽ me proficiscentẽ, haud sane quis facile re/traxerit; uere tanq̃ pilam retorserit. Quod si quis deus mi/hi largiatur, ut ex hac ætate repuerascerẽ, & in cunis ua/giam, ualde recusem, nec uero uelim quasi decurso spacio, a calce ad carceres reuocari. Quid enĩ habet uita cõmodi? quid nõ potius laboris? sed habeat sane, habet certe tamẽ, aut satietatẽ, aut modũ, non libet enĩ mihi deplorare uitã, quod multi, & ii docti sæpe fecerũt. Nec me uixisse pœni/tet, quoniã ita uixi ut frustra me natũ nõ existimem. Et ex uita ista discedo, tanq̃ ex hospicio, non tanq̃ ex domo. Cõ/morandi enĩ natura diuersoriũ nobis, nõ habitãdi dedit. O præclarũ diem, cũ in illud animoꝝ conciliũ cetũq; profi/ciscar, & cum ex hac turba, & colluuione discedã, profici/scar enim nõ ad eos solũ uiros, de quibus ante dixi, sed etiã ad Catonem meũ, quo nemo uir melior natus est. Nemo pietate præstãtior, cuius a me corpus crematũ; quod con/tra decuit, ab illo meũ. Animus uero non me deserens, sed respectãs, in ea profecto loca discessit, quo mihi ipse cer/nebat esse ueniendũ. Quem ego meũ casum fortiter ferre uisus sum, nõ quod æquo animo ferrem, sed me ipse con/solabar. Existimãs non longinquũ inter nos digressum, & discessum fore, his mihi rebus Scipio (id enĩ te cum Lælio admirari solere dixisti) leuis est senectus, nec solum nõ mo/lesta, sed etiã iucũda. Quod si in hoc erro, ꝙ animos homi/

alij officior

alij nec

alij ga

est

num immortales esse credam, libenter erro, nec mihi hunc errorem, quo delector (dum uiuo) extorqueri uolo si mortuus, (ut quidã minuti philosophi censent) nihil sentiã, nõ uereor ne hũc errorẽ meũ mortui philosophi irrideant, q̃ si nõ sumus immortales futuri, tamẽ extingui homini suo tẽpore optabile est. Nam habet natura, ut aliarũ omnium rerum, sic uiuendi modũ. Senectus autẽ peractio ætatis est, tanquã fabulæ, cuius defatigationẽ fugere debemus, præsertim adiũcta facietate. Habui hæc de senectute quæ dicerem, ad quã utinam perueniatis, ut ea, quæ ex me audistis, re experti, probare possitis.

τέλοσ

Viennæ Pannoniæ per Hieronymũ Vietorem, & Ioannẽ Singreniũ, quarto Nonas Decemb.
ANNO. M. D. XI.